

LAVRENTIVS FRISAEVS FRANCO.



**L**AURENTIUS in Franconia Orientali natus est anno 1491. Erat is felicissimo ingenio praeditus. Itaque bonis literis operam dedit, & in uirum maximum uigilati studio peruenit. Nam & Orator, Historicus, & Poëta celeberrimus extitit, atque lingua rum peritissimus fuit. Itaque Heribolēses præsules eum ob uirtutes plurimūm dilexerūt, & inter suos consiliarios elegerunt. Ab ijs etiam Laurentius saepius ad Carolum & Ferdinādum Cæsares legatus missus, quibus ob uitæ integritatem & raram eloquentiam fuit gratissimus. Cum hoc modo tribus episcopis ordine suam operam prestatisset, atque ob singularem doctrinam sibi magnum nomen comparasset, tandem anno ætatis 60, salutis uero 1550 obiit, & Vuitzeburgi in cathedralis Ecclesiæ ambitu honorifice sepultus fuit. Anon.